

23

LACHRYMARVM  
RIVI A SERTORIANO  
FONTE SCATURIENTES.

OSCENSIVM PLANCTUS IN  
CAROLI SECUNDI HISPANICI REGIS  
funeribus effusus, dolore maximo  
oblatus, maiori debito  
exhibitus.

ORATIO RAUCÆ VOCIS ORGA-  
no deplorata, corde tamen  
bene sensa.

*LABORAVIT, AC DIXIT PRO OSCEN-  
si Vniuersitate in Cathedrali Ecclesia IOANNES  
MICHAEL ESTARRUES, & CABRERO I. V. D.  
Philosophiæ Magister, olim Decretalium, & Sexti  
Cath. semel & iterum Moderator, Regalis Domus  
Montis Aragonum Canonicus, iam antea  
Regalis Divi Vincentij Collegij ter  
Rector, Synodalis Oscensis  
Examinator.*

---

OSCÆ: Ex Typographia Iosephi Lauren-  
tij de Larumbe, Vniuersitatis Typ.



LACRYMARIUM  
RIVIA SERTORIANO  
FONTE SCATURIENTES.

OSCE NSIUM PLANTUS IN  
CAROLI SECUNDI HISPANICI REGIS  
functibus effusus, dolore maximo  
opatus, maiori debito  
exhibetur.


ORATIO RAUCA VOCIS ORGA-  
no deplorata, corde tamen  
bene sentis.

LABORAVIT, AC DIXIT PRO OSCE-  
ni Universitate in Cathedrali Ecclesia IOANNES  
MICHAEL ESTARVES, & CABRERO I. V. D.  
Philosophia Magister, olim Doctor in  
Cath. semel Curiae Moderator, Regalis Domus  
Mons. Augustini Canonice, tam Antea  
Regalis Divi Vincentii Collegij  
Rector, Synodalis Officij  
Examinator.

---

OSCE: Ex Typographia Iosephi Laurentij  
de Larumbe, Universitatis Typ.





EXCELLENTISSIMO, AC NO-  
BILISSIMO PRINCIPI D. D. DUCI A  
MONTALTO, Sacri, Regalis, ac Supremi  
Aragonum Consilij Laudatissimo  
Præsidi, &c.



Ertoriana Oscēsis Univer-  
sitas Excellentiaē tuæ ex-  
perta Auram, & Benigni-  
tatem, vt Lachrymarum  
suarum rivos in Mare du-  
cat, cordis tui Oceanum,  
Regiæ iam defunctæ Ma-  
iestatis Caroli Secūdi Re-  
gis nostri, heu dolor! di-

ra amaricatum sorte dolenter ambit, solatij tamē  
sitibunda quærit, expectans feliciter omnia, si in  
tantæ tuæ Dominationis obsequia se famulatam  
construat. Perge in longum, Magne Princeps, ma-  
iora, si fas est dicere, expectature.

Excellentissimæ tuæ Dominat:  
manus osculatur

*Sertoriana Oscensis Universitas*



2  
tia. Heu, heu, iam Nos periclitantes Advenas Cæsarum Cæsaris extrema præmit angustia ! Mirum quid? Austriaca Hispanorum Aquila, quæ diu expectavit rumpere ad volatum pullos suos, omnino nos dereliquit orphans, vt cum Hieremia proclamemus: *Pupilli facti sumus absque Patre.*

3 Hæcine crudelis mortis facinora, quæ omnia, cunctosque æquant, (vnus introitus est omnium ad vitam, & similis exitus) vtique Oscenses Sertorianos extorquent. Parent funeribus sapientum lachrymæ; atroque, ac nubilo Libitinæ vestibulo læduntur lumina nostra; audacter tamen glariari sin theatro pallida vndequaque ruina. Calcas, terisque purpuram, vt altius domineris? Semel, iterumque falleris, nec extinguitur vquam, quæ ex virtutibus propagatur laus. Heu! habet Cæsar redimita tempora lauro; excordantur tamen funere tanto vires.

4 Vertamus gementes oculos ad nautam navem expetentem. Advolat, cum sedet; ne fervide spumantis pœlagi undis, hinc, & illinc certantibus provolvatur. En mei Auditores, en Hispanicus, Regiusque Nauta Carolus noster humi proflus iacens, ac in pulvere dormiens, qui cum in puppi ageret vitæ suæ, non auræ dabat vela ventis, non flamulis ludebat demulcentibus, non rotante tenebatur fortunæ giro; voluptuosas imo Syrenarū blanditias ridenti fugiens, fallensque contemptu



pati protendebat. Erubescerebat vivere, in Domino  
mori contendens.

5 Hunc gloriosissimis, maximis atque Cæ-  
sarem nostrum præpollentem virtutibus rapidus  
subiit Parcarum furor: feralis illarum rabies, quæ  
fœmineo dumtaxat nomine piæ, insano, torvoque  
mœrore affectæ, nocuere satis veneficæ. Nudave-  
runt quasi Lamix mammam suam, non ut lactita-  
rent catulum leonis, leonemve lactarent; potius  
at uti crudelis in deserto Struthio, Regio in thala-  
mo vitam, & spem è medio tollerent, absque nos-  
tra Hispanica spe.

6 O dura satis, & implacabilis mortis ira! ver-  
so iam in Aquilonem Austro, omnia pandis mala,  
nulla meditaris acerba, cû infelicitatis nostræ ama-  
riori absinthio omnium inficias respiramina. Heu,  
heu, quam dirè feris dira fera! Inflexa nostra abu-  
teris patientia, ut deformi glorieris tantæ tyrani-  
dis imagine. O mi Deus!

*Tanto has llegado à subir*

*Carlos, que es fuerza bajar;*

*si el Austro enseña à bolar,*

*el Aquilon à morir!*

7 Certamen ingrediamur Palestrita omnige-  
næ clementiæ expers, malorumque artifex, & abs-  
que rixante sibilo contendamus. Quid in te ani-  
mo degeneri perpetrare tot Cæsarum splendida  
series, tanta Regum Maiestas? Strides in Hispaniâ.

Fu.



4  
Furescis in Regia facinora. Ebullis in venustates.  
Paucis ab hinc annis Serenissimam Dominam, ac  
Reginam nostram Mariam Luisam à Borbon la-  
chrymabili demersisti funere. Quam? Vtiq; illam,  
quæ filia Principis venustior omni, quasi altera  
Juditha pulchritudine, verborumque sensu pol-  
lens, gracili cultu Hispanica furabatur corda. Si-  
cut lilium inter spinas, morbis sic lacerata periit,  
non vt periret; sed imo, vt sibi gloriæ pararet im-  
mortalitatem.

8  
Altius, verum inhumanius, protendisti a-  
cerrima animorum afflictrix, fluente omnis hor-  
roris tempestate: fari liceat cum Poeta:

*Aut densi funduntur ab ethere nimbi.*

In Augusti Ferdinandi 3. Imperatoris filiã, Leo-  
poldi Ignacij Maximiliani Sororem, Philipporum  
Castellæ Quarti, Aragonum Tertij Conthoralé,  
Caroli Secundi Inviçtilissimi, heu dolor, iam iacē-  
tis, Genitricem. Est ne satis? Plus quidem est, in  
Alemanici Imperij Sacram Alitem, Cæsarei Iovis  
Armigeram, Austriacam Marianam læthalia, fœda  
& emissisti vulnera. Ulcere pessimo Deborz ia-  
culasti cor; at patientiæ fructibus onustata maio-  
rem scandit gloriæ celsitudinem. Petebat Hæcci-  
ne calamum Augustini pro Monica lachrymantē,  
Hieronymi laudes pro Paulina; sed inopem me fa-  
cit dicēdi copia. Hei mihi! Optimè in eius funeri-  
bus



bus recitavi dolenter:

*Muriò Mariana, y aun viues*

*ò España, que poco sientes;*

*pues al dolor te consientes,*

*y à morir no te apercibes.*

9 Nec tot, tantisque saginata cibus, aut ebria  
poculis agro sopore Carolum obsides. Nudas plu-  
mantes Aquilas. Detruncas lauros, & inficis. Mac-  
titas Agnum. Leonem, iam oscitantem ferè, iam  
rugientem icis, & vincis; at potius viperino re-  
mordes dente floridiorem Libani cedrum; cum  
adhuc bibendi cupida versatili lancea cunctorum  
scindis pectora. Sit sat pro mille vnum Dominæ  
nostre Marianæ à Neoburgo, quam sine sorte fors  
posuit desolatam, tota die mœrore confectam.

10 O Hispania, Hispania, feracissima olim,  
& vbertatibus, & deliciis; feracior nunc, & fero-  
cior ipsa crudelitate: obscuratum est tui aurum,  
mutatus est color optimus; cum celsit iam vermi-  
bus Purpura, ac inter amœniores Danubij vndas,  
ripasque florentes luxurians fortunatè Gothorum  
sanguis ab Invictissimo, & Catholicissimo Re-  
redo, Austrum felicitans, solvit in Carolo ardorè,  
& à Faramundo Francorum Rege, oriens vita oc-  
cidit in defuncta Maiestate.

11 Congeramus brevissime equorum Do-  
mitores, lampadum ora Philippos Regios, quorū

B

pos-



6  
posteriora in pallore auri vltimæ parère horæ, ve-  
lociusque dies eorum transierunt, quam à texen-  
te tela succiditur: heu dolor! Lambebat hæctenus  
sepulchralia marmora spes; at nunc nostra verti-  
tur dies, & vno fato orbis vterque finit.

*Carlos muere, dura ley!*

*y en sentimientos profundos*

*acaban tambien dos Mundos,*

*porque Carlos no es su Rey.*

12 Repetamus iterum gemitum in laceran-  
tem mortis iram. Ludis (no verca dirior) Hispa-  
nia quasi pila. Contemnis phœniceos pulveres,  
vexas phantasmatibus solatia nostra, & cum His-  
paniæ frondentissimã evellis silvam, non viridib?  
non ludentibus tegis cenotaphium ramis: horre-  
dum dictu ostendis, & mirabile monstrum.

138 Iam si velimus constringere metas, & æ-  
ra complere fletibus, à celeberrimo Philippi Quar-  
ti natalitio iniciemus. Octava Aprilis die, anno  
1605. altiora tetigit Hispanicus Sol mortium cul-  
mina, cum tot radiis obæcata impia fama iacula  
elaborare cœpit, vt Austriaco Sanguine Hispaniã,  
Orbemque hunc, & Indiarum alterum macula-  
ret. Serenissimi Infantes Carolus, & Ferdinan-  
dus. Primogenitus Princeps D. Balthasar Carolus.  
Dilectus Philippus Prosperus. Elisabeth Sunami-  
tis, seu Pacifica. Margarita Imperatrix. Maria The-



refia Gallorum Regina, virtutum omnium deco-  
 re fulgens. Philippus itidem Quartus. Serenissim⁹  
 D. Ioannes ab Austria. Luisa iam deplorata. Ma-  
 riana lugenda semper. Carolus in præcordis habē-  
 dus, sine nomine vivere haud nequeunt; fluctibus  
 tamen Austriaci Sanguinis funestant madentes pa-  
 ginæ, marcescunt ridentia prata, Hispanica vexil-  
 la involvuntur, lacerantur corda, exuruntur pec-  
 tora.

14 Vbinam ergo proscriptorum Cæsarum  
 trophæa illustria, & sæpe sacra? Philippi Primi,  
 vulgo el Hermoso, cordis puritas? Augustissimi  
 orbis vtriusque Triumphatoris Caroli Quinti fi-  
 dei nobilitas? Philippi Secundi mentis discretio?  
 Philippi Tertij Religionis ardor? Quarti Philippi  
 ad Sacramenta, & Sacrificia cultus, & reverentia?  
 Hæc ne forsan in cinere, & favilla Caroli nostri  
 sunt posita? Verum fallor, si credam ita; cum ab  
 humanis namq; Carolus Rex solvitur, instar spu-  
 mæ, non à Venere Æryrhea lascivientis, sed ab  
 spiritu vivificantis protendit in suorum amantissi-  
 ma pignora sparsurus se in populorum commoda,  
 qui quasi aquæ intravère antea in animam eius.

15 O Caroli mors, Caroli mors, Caroli vita  
 durior! etsi furefcète malorū impetu, vlla vniquã  
 extitit absque acerbitate dies. Latebat in floribus  
 anguis, vt adveniente ultimo mortis gelu Hispni-



ca torperent delitiæ. Quasi adamico ietu noster obiit Carolus. Vnus est fractus; sævit tamen in capita omnia. Non deerunt suffragia, supplicia si exsoluamus vota.

16 Sistant iam Sertorianæ nostræ Universitatis lamentationes, carmina, & vix fortissimis præceptis pro nunc solutis, vt ipso funeris momento exiccentur oculi, quibus amaricata sapientia prorsus suo pondere ruit, ac Oscensium corda mœroris fulcro dilaniata tabescunt. Venimus iam (Illustrissime Domine Præsul nimio affecte dolore) in altitudinem maris; & ne tempestatibus demergamur: pelle Neptune dive sacro tridente navem. Compescantur vndequaq; tenerrima nostra suspiria, donec optata veniat, sicut Mercenarij dies eius. Expectate Auditores mei, vsque in crastinum, cum iam dulcissima Oratoris avena, dicendæ tantæ Maiestatis laudes solatia maxima præstent; & ne noctis palpebris cludentibus lucem supremus nos deprimat dolor, progrediamur ultra dolenti, etsi Hispanico proloquuti sermone.

Es tan impaciente, y desconcertada la condicion del dolor, que con cosa alguna se suaviza; antes bien, rompiendo todas las leyes del humano sufrimiento, no se permite, ni a la retorica mas dulce, ni a la consonancia mas templada; con que es  
pre;



9  
preciso, (oyentes míos) antes que se estreche del  
todo el pecho, y peligre la voz en funestas expre-  
siones de vn Carlos Rey muerto, cerrar mi Ora-  
cion latina con la llave de oro, que me ofreze el  
grande Padre de la Iglesia mi dulcísimo, y ama-  
do Padre S. Bernardo.

*Dolor nimius non deliberat, non verecundatur, non con-  
sultat rationem, non metuit dignitatis damnum, legi non ob-  
temperat, iudicio non acquiescit, modum ignorat, & ordi-  
nem; id omnimodo, & solummodo sat agente animo, quo  
vel careat, quod se dolet habere, vel habeat, quo se dolet  
carere. Divus Bernardus Epist. 1. ad Robertum  
nepotem.*

AL CAPELARDENTE,  
ò Pira funebre.

DECIMAS.

**M**ELANCOLICA montaña  
de vayetas, y de luzes,  
que lisongera introduces  
dentro nuestro amor tu saña;  
si el corte de la guadaña  
ha muerto a CARLOS SEGUNDO,  
paraque muestras al Mundo  
tanto dolor en los labios,



Si están rendidos los Sabios  
 à su sentir mas profundo?  
 De Sertorio lealtades  
 la justa atencion publica,  
 y el modo con que se explica  
 funda en tiernas piedades;  
 de su obsequio intimidades  
 son, a que están obligados  
 oy los Oscenses Togados,  
 que por sacrificio, y ley  
 en las honras de su Rey  
 son los mas interessados.



Me, & dicta mea Ecclesie correctioni  
 prorsus subiicio, fideique  
 puritati.

